



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

35. De ecclesiastica controversia testes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

stolus prohibens sacramentum loquitur dicens: *Ante omnia autem, fratres mei, --- nolite jurare.* Hæc, fratres carissimi, ipse Dominus prohibet, id est, non debere jurare, sacramenta non exigi nisi pro fide recta. Hæc Apostoli maximè omnes, hæc sancti viri prædecessores nostri, qui huic sanctæ universalis & apostolicæ Ecclesiæ præfuerunt ante nos, hæc Prophetæ & reliqui sancti doctores per universum mundum dispersi ad prædicandum juramenta vetant.

De ecclesiastica controversia testes.

XXXV. Omnis controversia quæ de ecclesiasticis rebus fit, secundùm divinam legem sub duobus vel tribus testibus terminetur, dicente Domino: *Non unus stet contra alium, sed in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.* Similiter & de separatione conjugorum, ut tres veraces homines hoc testificantur, si septem inveniri non valeant.

De medico malè curante.

XXXVI. Medicus infantem incautius curans, claudicantem effecit. Quæsitum est an gradum in clero talis mereri posset. Et visum est quod hujusmodi debilitas, si alios bonos profectus ostenderit, eum à gradu non debeat prohibere.

De Clericorum tonsura.

XXXVII. Clericus si tonsuram dimissa uxore acceperit, qui quidem sit sine gradu, nec ad monasterium quodlibet à parentibus tradi-

Concil. Tri-
bur c. 27.
Burchard. lib.
8 c. 97.